



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur  
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 453. Leonis Pap. Annus 14. Valent. 29. Marciani 4.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14573**

deno tradidit barbaris meruerunt, nempe Wandalis. haud enim sero vindicta prodixit, nimirum post biennium, ut suo loco didici sumus.

LXIII. Desiderantur res ab Atrila gestas scribere à Prisco Rheore huius temporis nobili scriptore, ut testatur Euar- gius. Addunt alij, precibus S. Geminiani Episcopi Mutinam ab Atrila liberaram. Refertur & Rutenianus, Ioan- nis Praesulis, qui Leoni successit, orationibus tantum euas- sisse periculum. Tradunt patitur, ex hac inuasiōe Atrila, Venetiarum provinciam occasionem manasse, ut Veneti in- sulas transingerant, atq; Patavinum occuparent Riuum alium, idemque necessitate primum impellente, postea vero & ratione suadente, ad euitandos frequentes barba- rorum incursus ibi habitare deligerint; ut paulatim eccle- siasticis aedificijs, amplissima Venetiarum ciuitatis con- denda ex ea infelicitate felicissima iacta fuerint funda- menta: ut diuino planè nutu accidit, ne Italia relinque- retur sine Republica; quae olim florentissima, dominium vi oppressa, iam cum Imperio collabente, prorsus videretur extrineta.

LXIV. Quod verò ad Aquileia excidium pertinet, quomodo acciderit, ut vrbis munissima à tyrannico sepe obfessa, nuncquam verò capta, ab Atrila fuerit expugnata: qui hec cupit, veteres historicos consulari: quibus tamen in eo as- sentire minime possimus. dicentibus ab hoste discre- tam, incensam, aut funditis eueritam, adeo ut diu habi- tari desierit. Erenim fugatos habitantes, vel captos ab hostibus postliminio rediisse, satis certo intelligi potest ex epistola S. Leonis Romani Pontificis data ad Niceanum, aliis Nicenam Aquileiensem Episcopum, post annos sex, nimirum Domini anno quadringentesimo quinquagesi- mo octavo sub Consulari Maoriani: quae ad eundem Epi- scopum consultationem respondit, nimirum quid agendum de feminis illis Aquileiensibus, quae captis viris, alijs nup- sissent, quam illis è captiuitate egressis, eisdem reddendae essent: In quibus Aquileiensem mulierum non nihil im- pudicitia fugillatur, quam tamen ab alijs, qui haec mi- nime perspicere habuerit, legi plurimum committitur. Quod verò ad eandem Epistolam spectat, Nonatores, idemq; calumniatores, in ea velut in scirpo nodum quarentes, sanctam Leonem carpunt, quem volunt dixisse, non pec- care mulierem, si nupserit alteri viro, quando existimet primum virum adhuc esse superstitem. At non haec quide- tantus Pontifex tradit; sed de ea tantum muliere loquitur, quae nubit alteri, dum putat virum esse defunctum, sunt haec verba S. Leonis: *Nec tamen culpabilis induitur & tam- quam alieni iuris peruersa, qui personam eius mariti, quam non esse assumabat, assumpsit.* Cum verò idem S. Leo viuelitum adhuc virum intolubile omnino velit esse coniugium, eò tantum casu inculpabile esse subdit, quòd mortis ne- cessitas praestitisset, nimirum cum mulier nupit putans virum suum esse defunctum. Ad hoc namq; caput, cum creditum est virum esse defunctum, se respodere, ipso ser- me exordio epistola idem Pontifex profertur. Reuertis verò viris, quae eis se iungant, cum laudet, reuertes ana- themate damnat. Agitur praeterea in eadem epistola de il- lis Aquileiensibus, qui cibos immolauitios timore com- pulsos, vel urgente fame, sponte comedissent, nec non de il- lis, qui metu coacti fuerint iterum baptizati: ex quibus in- telligere possumus, Hunnorum exercitum non ex paganis tantum, sed & ex Arianis barbaris fuisse constitutum, qui captiuos more suo rebaptizabant.

LXV. Hoc item anno, dum haec agerentur, consulus S. Leo à Theodoro Forouiliensi Episcopo de penitentia his, qui in extremo laborarent, impetenda, respicit ad eum- dem quarto Idus Iunij: in cuius epistola exordio, quid consuetudinis esset Ecclesiae docet, nimirum Episcopos primò consulere debere suos Metropolitanos: quòd in eam- dem contingeret ignorare, tunc demum consulendum esse summum Pontificem, si quae absque consilio ante Primatus nihil debere Episcopos illis subiectos inqui- rere, satisfaciens tamen ipsius petitioni, decretalem scri- psit epistolam de non neganda quibuslibet penitentia in exitu vitae petentibus.

Quod reliquum est huius anni ( quantum ex Victore Vicensi colligitur ) Carthaginensis Ecclesia, quae diu, nempe à tēpore captae ciuitatis, annis videlicet tredecim, ab Episcopo fuerat agente Valentiniano apud Genfericum, accepit facultatem erandi Episcopum; creatusque est Diogenes ita nominatus Episcopus, vir planè sanctissimus: quem cum sedisse Victor dicat tantum annis tribus, defunctumq; esse, cum captiuus ab vrbe Roma delatus sum in Africam; planè dicere opus est hoc anno ipsum fuisse Ecclesiae Carthaginensi praefectum. Quis autem, quan- tusq; fuerit homo iste paucis his declarat Victor, cum ait: *Huius si natus quāquam quae per illum Dominum fuerit, paulatim excurre, ante incipient verba desicere, quā illi aliquid va- lent expliare, haec Victor sed de eo pluribus suo loco.*

IESU CHRISTI  
Annus 453.

LEONIS PAPAE VALENTINIANI IMPERATORIS  
ANNUS 14. MARCIANI 4.

QUADRINGENTESIMVS quinquagesimus tertius Christi annus Consulari Opilonis & Vincomas reditus Fasti legitur; quo nequitia Anatolij Constanti- nopolitani Episcopi rursus perturbatur Ecclesia. Sane quidem exemplum docuit, cum haereticis non nisi graui Ecclesiae damno ut plurimum indulgentis agi: iste enim (ut dictum est) Eutyrianus haereticus, Diocou Alexandini olim Episcopi Apocritaris Constantinopoli, in lo- cum viuentis S. Flavianii ab eodem inuio Diocoro in E- phesino conuentu, subrogatus fuit, nulli licet, ut validaret auctoritate Leonis Romani Pontificis, Marcellinus Imp- pacis studio procurauit, dum ipse Anatolius sese Catholi- cae fidei professione Catholicum esse docuit, unde factum est, ut ipse Romanus Pontifex bono pacis indulserit, ut Constantinopoli idem Anatolius federet Episcopus: Qui post Episcopalem thronum adeptum dolo malo (ut vidi- mus) &rogauit etiam sibi primatum super Ecclesiam Ale- andrinam & Antiochenam, sed cum resistere & aduersari sibi eundem S. Leonem Papam audisset; mouit instar lu- dae aduersus eum calcaneum suum, proditoricè in ipsum agens, sicuti superius demonstratum est. Sed & vbi acce- pisset litteras S. Leonis anno superiori ad se datis iustam de- inuasi primatu obargutionem; tantum abfuit, ut minor & remissior redderetur, ut maiori fultu & arrogantiā in eundem sanctum Pontificem inlitteret, non quidem pal- lam ad eum rescribens defensionem, vel exclamationem ali- quam; sed vasi è in primis occultans litteras Pontificis ad se scriptas, cepit primum futurum, inde ramores in vulgus (ut dictum est) spargere de sanctissimo Papa, ipsum recipuisse Synodum Chalcedonensem, sed & grauiori calumnia ad- didit ipsum querere occultā viā depingere de haereticis fidei Orthodoxae, & suspectos haereticis exaltare. Ad haec et- iam illud adiecit, vsq; Archidiaconum Constantinopolita- nae Ecclesiae, quem scire esse Romani Pontificis studio- sum, è gradu deponeret sub praetextu maioris honoris, & in locum eius subrogaret Andream, qui tanquam haereticus ante electus fuerat: hic ille namque fuit omnium ne- quisissimus S. Flavianii calumniator. Adiecit insuper perfe- qui omnes, qui è Flavianio fuerant ordinati; contra verò faueret & in Ecclesiae honores procheret illos, qui Euty- rianae haereticis fuerant infamati: ista quidem in contumeliam atq; contemptum eius, quem aduersarium patiebatur, Romani Pontificis, Anatolius ab anno superiori machinari non desinit.

Haec aut omnia cum fidelibus nuncijs S. Leoni signifi- cata essent, inuio, ut docent eiusdem Pontificis litterae ad Pulcheriam; ipse Marcellinus Rom. Pontif. admonuisset, rogassetq; ut litteris confirmationem fidei Concilij Chalcedonensis notam faceret: ipse sanctus Leo eam in vulgus sparsam studens datis litteris abblere de non recepto

LXVI. DEOGRATIA EPI- SCOPVS CAE- SARIEN- SIVM CREATVS

I. ANATO- LVS DE- REGIT OCCI- DATVM VENT- NYM.

1000. 16 ANATO- LVS QVID IR S. LEO- NEM PON- TIFICEM.

II. Leo epist. 20.





Concilio Chalcedonenſi calumniam, literas dedit ad eam Synodum Chalcedonenſem: non quod adhuc Synodus Chalcedone perduraret; ſed ad Episcopos omnes qui ad ipſum Concilium conuenerant, Circularem epiſtolam verbis illis conſcripſit:

Leo Episcopuſ ſancta Synodo apud Chalcedonem habita.

IK. EPIS. S. LEONIS DE CONCILII CHALCEDONENSIS APPROBATIONE.

Omniſem quidem fraternitatem veſtram noſſe non ambigo, deſignatione ſanctae Synodi, quae ad confirmationem fidei in Chalcedonenſi ciuitate celebrata eſt, toto corde me fuiſſe complexum: quia nulla ſinebat ratio, vt qui vnitatem Catholicae fidei dolebant ab hereticis fuiſſe turbatam, non exultantes in integrum rediſſe gaude- rem. Hoc autem non ſolum ex ipſo beatiffima conſenſu aſſectu, ſed etiam ex epiſtola mea, quae poſt reditum meorum, ad Conſtantinopolitana vrbem Antifiteſtem dedi, potuiſſetis agnoſcere, ſi vobis reſponſionem ſicuti Apoſtolica manuſcribere voluiſſet. Nec ego per malignos interpretes dubitabile videtur, vtrum qua in Synodo Chalcedonenſi per vnitatem veſtram de fide ſtatuta ſunt, approbem: hac ad omnes fratres & Coepiſcopos noſtros, qui praedicto Concilio interfuerunt ſcripta direxi: quae gloriſſimum & Clementiſſimum Princeps (ſicut poſſet) in notitiam veſtrae vnitatis et pro Catholica fide amore dignabitur: vt & fratres vniuerſos & omnium Eide- lum corda cognoscant, me non ſolum per fratres, qui vicem meam excoſtiterunt, ſed etiam per approbationem Geſtorum Synodalium propriam roboriſſimam inſiſſe ſententiam, in ſola videlicet fidei cauſa (quod ſepe dicendum eſt) propter quam generale Concilium & ex precepto Chriſtianiſſimum Principum, & ex conſenſu Apoſtolica ſedis plauit congregari, damnatis hereticis: qui ſi corrigi voluiſſent, nulla penitus reſideret de vera Domini noſtri Ieſu Chriſti incarnatione dubitatio.

QVAE DE FIDE DECERTA SVNT TANTVM PROBATA.

IV. VT NICANI CONCILII INVIOLATA PERMANEANT.

Vnde ſi qui vniquam auſo fuerit vel Neſtorij perſidiam tueri, vel Eutychieſis ac Dioscori impium dogma defendere: a Catholico- rum communione reſectetur, nec habeat quoque corporis participatio- nem, cuius abnegat veritatem, fratres cariffimi. De caſtodienda quo- que ſanctio in Patrum ſtatuta, quae in Synodo Nicena inuolabiliter ſanctae ſedis decretis obſeruantiam veſtra ſanctitati admono, vt cura Eccleſiarum ſicut ab illis crecentis decem & octo Patribus diuinitus inſpirati ſunt ordinata permaneat. Nihil alienum impro- bus ambituſ concuſſit, nec per alterius imminutionem ſuum ali- quid quaerit augmentum: Quantumlibet enim extorſu aſſentatio- nibus ſe inſtruat vanitatis cetero, & appetitu ſuos Conſultorum aſſinet nomine roborandos: inſumum atq; irritum erit, quicquid a praedictorum Patrum canonibus diſcreparit: quorum regula Apo- ſtolica ſedes quam reuerenter vtriusque ſcriptorum meorum, quibus Conſtantinopolitani Antifiteſtis conatus repuli, poterit ſanctitas ve- ſtra electione cognoscere; & me auxiliante Domino noſtro, & Ca- tholicae fidei & paternarum traditionum eſſe cuſtodem. Data XII. Kalendas Aprilis, Opſidione P. Conſule. haec S. Leo ad Patres, quibus proſtetur Chalcedonenſis Concilij nihil praeter illa, quae ad fidei decretum pertinent, ſe recipere.

V. EXTANT & IPE LITTERAE, QUARUM MEMINIT AD MARCIANUM IMPERATOREM DATAE, QUIBUS HANC AD EPISCOPOS SYNODI DATAM EPISTOLAM DE CONFIRMATIONE CONCILII CHALCEDONENSIS, QUOD AD FIDEI DECRETUM SPECTAT, VOLUIT OMNIBUS FIERI MANIFESTA: SCRIPTAE AUTEM SUNT HOC ANNO SUB EODEM DIE & CONSULE, EST EARUM EXORDIUM.

b Leo epist. 19. DRANATOLIO AD MARCIANVM LEG.

Extant & ipſae litterae, quarum meminit ad Marcianum Imperatorem datae, quibus hanc ad Episcopos Synodi datam epiſtolam de confirmatione Concilij Chalcedonenſis, quod ad fidei decretum ſpectat, voluit omnibus fieri manifeſta: ſcriptae autem ſunt hoc anno ſub eodem die & Conſule, eſt earum exordium. Multa mihi in omnibus cle- mentia veſtrae cetero, &c. quibus poſſiſſimum quaeritur de Ana- tolio, qui Apoſtolicae ſedis litteras occultateſt, eod quod illiſeius primatus male vſurpatus abrogaretur. Sed & gra- uatur eidem Imperatori, quod acquirerit ijs, quae ipſe S. Leo ſtatuiſſet de non violandis decretis Niceni Con- cilij, ac proinde irrita proſus reddi voluerit, quae in fauore ſedis Conſtantinopolitanae Anatolius ab Episcopis extor- ſiſſent enim haec verba Leonis ad Marcianum: Et me- ritò geminatur gaudium meum, cum vobis religioſiſſime placere cognoſco, vt & ſedes Nicena ſuam teneat firmitatem, & privilegia Eccleſiarum illibata permaneat. Eodem quoque argumento, eadem iſdem die ipſe S. Leo litteras ſcripſit ad S. Pulche- rianum, quibus palam fecit, quae ab ipſo Marciano Impera- tore de Anatolio ſignificata eſſent.

c Leo epist. 19. VL. DE ACTIBUS CONCILII CHALCEDONENSIS.

Quod in ſuper ad Chalcedonenſe Concilium pertinet, iſdem Anatolij forſaſe factum eſt impoſtura, vt exem- plar Actorum eiusdem Concilij, quod ad Apoſtolicam ſe- dem Romae perlatum fuit, haud adeo claſſam compertum

eſſet. Quamobrem idem S. Leo hoc anno in litteris ad Iu- lianum Coenſem Episcopum datis eſt, fuiſſet ex originali ty- po Acta quam fideliffime ſcribi, atque in Latium tranſ- ferri; cuius ad eum ſcriptae in fine epiſtolae iſta ſunt verba: Geſtorum Synodalium, quae omnibus diebus Concilij in Chalcedonenſi ciuitate conſiſſe ſunt partim clare propter linguam diuerſitatem apud nos habetur inſtruitio: & ideo fraternitati tuae ſpecialiter in- iungo, vt in vniſum codicem vniuerſa ſaſcias congregari, in Latium ſermonem abſolutiſſimam interpretatione tranſlati, vt in nulla parte Actionum dubitare poſſimus, nec, vilo modo eſſe poſſit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam te fuerit ſtudente perdoctum. haec ad Iulianum hoc anno quinto Idibus Martias Leo Papa. Vide, & lector, ſi ab ipſo ex cordiſ promulgari Coſcilij Chalcedonenſis in illud hoſte humani generis inſidias parare cepiſſet.

De cauſa autem Aſij Archidiaconi ab ipſo (vt dictum eſt) Anatolio e gradu amoto, ſubſtituto in eius locum Andream Eutychieſium: haud ſilendum putauit idem ſanctiſſimus Leo, acceptis ab eodem Aſio de eare querelatum litteris. Quamobrem voluit de his cominuſſe alijs litteris eumdem Marcianum Imperatorem, necnon etiam Pulcherium Auguſtum: Ad Marcianum autem iſta eſt de Ana- tolio inſta expoſtulatio, poſt recentia, quae olim in eius commendationem & iſtiffet ipſe Imperator, cum petijt, vt ab ipſo Romano Pontifice in ſede conſtitueretur: Muror (inquit) quid cauſa, aut occaſioſis emerſerit, vt vniſum Catholicae fidei & Neſtorianis atque Eutychieſis hereticis conſiſſer etiam aduſſaribus Archidiaconum ſub bonis specie degradaret, & diſ- penſationem totius cauſae & cura Eccleſiaſtica in Andream Euty- chieſiſtam repente tranſferret, adeo nomia commotione turbatus, vt conſecrationem, quam pro inuſſa dabat, ſexta ſabbati, traditionis Apoſtolicae aut neſtorianae obliuſiſſe inſerret: quaſi non ad Episcopum magis, quam ad preſbyterum ordinationis illius vniſum perine- ret, qui non inueniens, quod argueret in ſide, quod improbat et in moribus, deſecrationem innocentiſ per ſpeciem proſecutionis impleuit; addens ſententiam illud inuſſa, vt in cometerioſiſſeputando, con- demnaret exilio. Quam tamen pietati veſtrae commendare praſumo, ne viliſ alterius noxiſiſſe inuſſa poſſit inſidijs, quem Dominus (vt comperi) ſub veſtra deſenſione conſtituit.

Aſio autem etiam hanc obſecrationem, vt praedictum Episcopum a profeſſione ſua diſſonum, & nimum reſimonij veſtrae ac fauore oblitum neceſſario increpare dignemini, ceſſet Catholicoſiſſe ſeruari, ceſſet eos, qui ſanctae memoriae Flavianus planerit, contere, & eorum ſocietatem, quos improbat, eligere. Fratrem nam eum illiſſe charitatem non aliter poterimus impendere, quam vt ſeminimo Catholicae fidei approbet excoſtari, eum; & ſe conſortium, quem me- ritò abiecit, Andream nempe abſcindat: qui etiam ſi magna fuiſſet ſatisfactioſe purgatus poſt dubium tamen reuſſe, errorum, Catholicoſiſſe diſconuſſe poſſiponi debuit, non praepoſiſſe haec cum ſcri- bat S. Leo, excommunicationem proculdubio Anatolio comminatur. Eandem egeminat idem Pontifex quere- lam, ad S. Pulcherium ſcribens. Agit de his & in epiſtola ad Iulianum Coenſem Episcopum data, qua curſatim ex- hac cauſa in ipſum Anatolium cenſuraſſe Eccleſiaſticaſſe au- thoritate Apoſtolica non in ſurrexerit, eiſſe modi rationem aſſert ſiſſe verbis: In quem pro cauſa merito diſſero commoſiſſe; & quid ipſe mecum cum ſuis epiſtoliſſe agat, quos miſſurum eum ſi- liſſe noſter Aetium indicauit, exſpecto, dani locum voluntariaſſe emen- dationis, quae dolorem meum cupio mitigare. haec Leo, qui quide- ita Anatolium ipſum perſiſſe: vt niſſe Catholicae com- municatione omnino carere velleſt, Aetium in priſtinum locum reſtitueret. Quomodo autem ad arbitrium Roma- ni Pontificis haec omnia Anatolius emendatit, atq; etiam ad cauſa de aragando ſibi primatuſſe penitit reſiſſe, datis de his omnibus ad S. Leonem litteris anno ſequenti, ſuo loco dictum ſumus: modo vero, quae reliqua ſunt huius anni cum Orientalibus S. Leonis res geſta (vt ordo poſtulat temporis) proſequamur.

Quod enim ex his, quae in contumelia Chalcedonenſis Concilij & Apoſtolicae ſedis iniuriam ab Anatolio tenta eſſent, portam hoſtibus aperiri ad labefactandam ſi- dem Catholicam Leo Papa paſtorali vigilantiſſe perſe- cutiſſe: ad obuiandam nempe Iuliano Coenſem Episcopum, quem fideliffimum ſemper expertus eſſet, vicariaſſe iterum delegat praefecturam. Ad eum enim hoc anno ſcribens,

VII. QUAERITUR DE LEONIS AETII DIAC. DE POSTULO. Leo epist. 37.

XI.

VIII. QUAERITUR DE ANATOLIO PAVLARI AVIARIS FLAVIANI.

XII. AUT QVAE PROCLIA SVT. SV. S. SV. DE CONVER- SIONIS SV. S. SV. TITII.

XIII. QUAERITUR DE ANATOLIO AD DRANATOLIO.

IX.

IVLIANVS VICARIVS APVSINVS ORIENTIS.

hac



hæc inter alia habet: *Hæc specialiter de vice mea fundum vras, ne heresi Nestoriana, vel Eutyhiana in aliqua parte revirescat: quia in Episcopo Constantino, olim Catholico videri non est nec multum aut pro sacramento sicuti humana, aut pro sua est estimatione sollicitus. Hoc idem munere impertito, quod & antea in Chalcedonensi Concilio (vt vidimus) delegatum, quid curare debeat, & in primis vt sollicitus esset de omnibus, quæ ab hæreticis tentarentur, Apostolicam sedem reddere certiore admonuit, & vt doceret etiam, quod progressæ sit causa tumultuantium in Palestina monachorum: id enim vt quàm exactè licetis ipse significaret, præcepit his verbis:*

*De Palestina verò mona, his qui tam pridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo ad hæc antiquo manentur, ignoro: neque cuiquam sermone mihi patefactum est, quæ causæ videantur antea præsertim de hoc die: vt vtrum solliciti Eutyhiane peruersitati talis favore famulentur, an implacabiliter dolent: Episcopum suum in hanc impetentem posse traduci, qui contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totum mundum instruitur, ab incarnatione Domini veritate deservit, & quod in alio per indulgentiam curare placuit, in illo patuit non esse veniale. Unde cupio me super his planius edoceri, vt etiam talium correctioni congrue studeatur, quæ aliud est contra fidem impiè armari, quàm in errore quempiam detineri. hæc idcirco Leo, quod accepisset ab illis expulsum Iuvenalem Episcopum, qui Diocoriam & Eutychem fuisse aliquando sectatos, & alium in eius locum fuisse subrogatum Hierosolymorum Antistitem; putans eos in ipsum esse commotos: quod in hæc iam tantè lapsus, in ledem fuisse immeritus restitutus.*

**XI.** Paulò post has datas ad Iulianum litteras, idem S. Leo alias accepit ab ipso missas, quibus de ipsè monachis Palæstinis quid rescripisset Marcianus Imperator, quæ tunc ad eos S. Pulcheria litteras reddidisset, ad mortuus fuit, missis exemplaribus litterarum. Tellantur hæc quidem eisdem S. Leonis litteræ paulò post tunc ad Marcianum, tam ad Pulcheriam data: Nam ad Marcianum: *Per fratrem meum Iulianum (inquit) innotuisse significo, quàm pro dignari fuerit responsio, imperatorum monachorum animos cohibere paruerit & docere, vt si illos non penitus deseruerit divina misericordia, sentiant se & dicitur, quod credant, & agnoscant, quod timeant. hæc ad in peratore, ad Pulcheriam verò ista: Inducite fratrem nostrum Iulianum Episcopum præceterunt ad vos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrime sanctiones, quibus insanam impietatem monachorum dignari estis parcendo plerere, & docendo punire, vt, si eos ad penitentiam misericordia divina conuerterit, multis lacrymis & nefandis cadibus, & ab hæreticorum blasphemis diluatur. hæc ad Pulcheriam S. Leo hoc anno duodecimo Kalendas Aprilis, eadem die, quæ ad Marcianum litteras dedit.*

**XII.** Scripsit hoc pariter anno, mense Iunij, de ipsè Palæstinis monachis turbas cientibus, idem S. Leo ad Eudociam Augustam Hierosolymis agentem, rogans, vt quantum valeat suis admonitionibus curet eosdem a fide deuos monachos ad Catholicam Ecclesiam reuocare. Ita planè prudenter visum est S. Leoni cum fœmina agere, non (vt par erat) acrosibus eam redarguendo litteris, quod eius fuit patrocinio (vt vidimus) Eutyhiani monachi ad eò nefaria perpetrasset; sed dissimulando eius errorem, blandis rogat potius verbis, eius implorans auxilium: vt ita in castris fidelium eam quodammodo cogere ex præsumpta de ipsa fiducia militare. Tale quippe sciebat esse ingenium hæreticarum mulierum, vt eò pertinacius in hærescant errori, quò instantius fuerint admonitæ & increpatæ. Sed ipsam perbreuem S. Leonis Papæ ad eam eò argumento accipe datam epistolam, & tanti Pontificis adiutare prudentiam.

**XIII.** *Quanta mihi Catholica cura sit fidei, & quâ sollicitudine (in quantum Dominum adiutat) debeat precavari, ne vimquam imperit & impij veritatis euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestroranda clementia, obsecro Dominum, vt me tuam incelsamitatem in causa fidei, in qua quorundam intra & prouinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magis, faciat adiutare, vt tantum, quod pietatis tua studio fieri potest, hære-*

*tica peruersitati omni fiducia subtrahatur. hæc idcirco Leo, quod scisset, Eudociæ fiducia impios illos armatos nefaria perpetrâsse. Sed subdit: Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas scripturæ, nec sanctorum locorum testimonia commouebant: quid se nisi abruptum periculum timebant? Proferet ergo Ecclesijs, sicut faciente Deo & prodest, & proferit generi humano in verbis Dei vestram ubi esse voluntatem, ubi Dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut Deum verum, & verum quoque hominem in unitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo prædidi nomen Catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus se valent membra nominari: prauos errores, quos timere admissur, deseruntur, & agant penitentiam in ipsarum blasphemiarum, eructationum, scilicet. Succumbant pro salute animarum suarum. Syzodallibus, quæ in civitate Chalcedonensi sunt confirmata, decoretur. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humana, nisi fides vera & humilitas quæ non peruenire credant in Euangelio, quod continentur in Symbolo, nec in ipsi dogmatum miscantur. Fides enim Catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno Domino nostro Iesu Christo duas auras esse predicare, personæ ita damnat etiam Eutychem cum Dioscuro, quæ & vniuerso Dei Verbo negant in vtero Virgini matris veritatem carni humana esse susceptam. Si quid autem erga prædicatorum conuersionem & hortatio vestra profecerit (quod gloriari vobis præstabit eternam) peto hoc mihi clementer a vestra licetis indicetur: vt & vobis boni operi fructum, & in illis gaudeamus misericordiam Domini non perijssit. Data VII. Kal. Iulij Opitione IX. C. Consule.*

**XIV.** Sed vt qui pastoralis muneris essent S. Leo numeros omnes expleret, eosdem in transfuersum ductos miserimos monachos ad conuersionem inuitant litteris suis, & quidem amantissimis: Quod enim aliter sibi agendum esse sciret cum recens lapsis in errorem, aliter cum iterum restituis & non recto pede in Euangelium incedentibus: hinciple tractans cum Anatolio compinationibus agit, monachos verò istos, quos furor in præceptis adgerat, mitius atque blandius mouet: est enim cuiusmodi litterarum exordium, quod vt eos ad conuersionem attrahat, ipsorum delicta excusat:

*Sollicitudini meæ, quam vniuersali Ecclesie, omnibusque eius filijs deo, multorum relatione pacis factum est, dilectionis vestra animis quiddam offensionis illatum, dum ausi imperitis (vt apparer) inter preter aut maligni quadam vos aliter intelligere, quam a me sunt predicati. Accurrunt, non valentes in Gratiam eloquium apte & proprie Latina transferre, cum in verbis subtilibus & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputationis quisque sufficit. Quod tamen apud me eo proficit, vt dum ea, quæ Catholica fidei respicit, improbat, intelligam vos veri amicos esse, quam a falsi, & id merito restitute, quod ex antiqua institutione doctrinæ etiam ipse desiderat. Quamuis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum data satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquam purgationem, aut expositionem indigeat: & aliam tamen eum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est, & excusat ergo, quod ipsi Catholicæ mentis sint, sed in deprauata ab hæreticis ipsi epistolam offendentes, extra Catholicam Ecclesiam se constituerint: quam obrem rursum, quæ vera sit Orthodoxa fides, quæ duas simul inter hæreticis Nestorianam & Eutyhianam ignolet, eadem epistolâ pluribus docet. Magna quidem animi pastoris apparuit prudentia, pro diuinitate rerum, temporum, ac personarum regem pacentis; qui factus omnibus omnia, vtannes lucifaceret, singulis accommodata imperij medicamentum. Et quidem ex sententia accedit, vt anno sequenti (pro ut suo loco dicendum erit) ipsè omnes simul ad Ecclesiam Catholicam se conuerterent.*

*Sparserat impius ille Theodosius (vt dictum est) rumorem, cum Synodum Chalcedonensem, tum sanctum Leonem Nestorij hæresim confirmasse, id ipsum quoque sapere Imperatorem atque Augustam Pulcheriam: quam obrem miser illos prætextu defendendæ Catholice fidei, conuerterat in furor, ad eò vt ea monachi ausi fuerint, quæ & latrones fecerunt exhorruisset. Sed resipuisse ex lapsis primùm Dei benignitate permos litteris Imperatoris superiori anno datus laicos Hierosolymitanos, ex epistolâ*

XIV.

S. LEO SCRIBIT AD MONACHOS PALÆSTINÆ.

XV.

SCRIBIT AD MONACHOS S. LEO, VT CONUERTERENTUR.

intra.

XVI.

LAICIS SCRIBIT VNT.

sanctæ



sanctae Pulcheriae constat, quam dedit ad Bassam Abbatissam monasterium, quod erat in Hierosolymis: quarum quidem scribendarum litterarum causa illa praecessit, ut sanctis monialibus a selestissimo Theodosio deceptis succurreret, illisque significaret: non nisi Catholicae religioni consentientia tum Synodum Chalcedonensem statuisse, tum se etiam credere, ut his persuasae femine illae ad Catholicam unitatem conducerentur. Extat quidem eiusmodi sanctae Pulcheriae epistola in appendice ad Acta Concilii Chalcedonensis Graece conscripta, vltimaque daturam ab ipsa epistolarum; qua digna memoria ac testimonio pietatis, finem viuendi faciens, sum ad Deum transitum egregie consignauit. Quoniam autem nullibi haecenus extat (quod sciamus) impie illa, hic ipsam describere de Graeco in Latinum reddidit, operae pretium existimaui: postrema enim sanctissimae Imperatricis e logia sepe sepius pgs auribus inferenda, quis non auidet audiat, mentisque thesauro recondat? Est autem eius epistola eiusmodi in codice titulus:

XVII.

Exemplum regiarum litterarum scripturarum ad Bassam Praefectam Aesceteris in Aelia a ppsima & Christi amatrice Augusta Pulcheria.

S. PVLCHERIAE EPISTOLA AD BASSAM.

Serenitati nostrae studium, animamque in sanctam & Orthodoxam fidem, & quomodo eam viquequeque amplificare & celebrare studemus, non in dubium esse arbitramur maxime vero omnium in posse certo tuam reuerentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis magi Samaritani imitator, seu potius Antichristi praecursor Theodosius, qui quemadmodum assecerit Aelensium ciuitatem, Palaestinae, sanctissimas Ecclesias turbauerit, contra diuina & humana iura machinauerit, & calumnians sanctam & venerabilem collectam Chalcedone Synodum, quod Symbolum trecentorum decem & octo Patrum conuenerit & Labefactauerit, & duos Filios, duosque Christos, ac duas personas adorari oportere docuerit, nec reuerentiam tuam later: necessarium duxit pietas hostra per sacras nostras litteras antea missas, reuoluerit memoratis nesciam vix mendacia, nostramque fidem nobis a maioribus traditam declarare: & quod iuxta Syn vobis trecentorum decem & octo Patrum creditum; quod quidem sancta Synodus Chalcedone habita nihil vel addens vel minuens, confirmauit. Cum vero benignitate atque humanitate Domini nostri & Saluatoris Christi, qui Aelensium urbem incolunt, cognouissent in te serenitatis & religiosissimi Domini Orbis terra & coniugis iuce manifestam veram & Orthodoxam fidem: ad eam accurrerunt, multaque laudibus Dominum nostrum & Saluatorem Iesum Christum ac nostram potestatem celebrarunt, veniamque delictorum, qua ante commiserant, orauerunt.

XVIII.

At de illis quidem sacratissimis & ppsimam Dominum & coniugem iuce serenitatis, solita vsus humani aetate, tum typum dedit, quem ipsum pietatem peccat: Nostra autem serenitas confiderans praesentia seculi ac nefaria Theodosii calumnias, metuens, ne quas e religiois fundamentis simpliciores circumscriptis, suique praestigis, & fallacis cui valuerit a veritate abduci, volumus, vudis, deletere memoratis seculi hominum impietatem: idcirco has ad vos sacras litteras dirigit, quibus fidem vobis vsque a Patribus traditam declaramus, atque volumus omnibus Deo consecratis hominibus prout manifestum esse, quod nos fidem secundum expositum Symbolum a trecentis decem & octo sanctis Patribus sumamus: Deest autem vero Photini & Apollinaris & Valentini & Nestori impietatem, ad haec vero & nouellam improbatam, Eutycheu sententiam.

XIX.

Et credimus Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum & Spiritu sancto & Maria Dispara natum esse: Conscientes vnum & eundem Filium Iesum Deum perfectum & hominem perfectum eundem, Deum vere & hominem vere eundem, in illoque modo unum, aut separatum, aut conuersum, Saluatorem Christum semper adoramus: in hac fide sine fluctuatione agere optantes, & anathematizantes eos, qui dicunt duos Filios, aut duos Christos, aut duas personas, vel qui dixerunt, aut scripserunt, aut dicere audent. Quam quidem sanctam & Orthodoxam fidem venerabilis Synodus, qua proxime Chalcedone habita fuit, confirmauit, nullumque vel addidit autem, vel detraxerunt fecit in proposito sancto Symbolo a trecentis decem & octo sanctis Patribus; ac solum Eutycheu perner sam opinionem condemnauit, suffragio sanctis Patribus conueniente. Quam ob rem reuerentia tua, cognita serenitati nostrae vera & Orthodoxa fide, eiusque pro nobis nosrog, imperio orare

studet. haecenus Pulcheria ad Bassam Aesceteriam, quae quidem Catholicam fidem sectata est, vsu suo loco dictum sumus inferius.

Porro ipsa Pulcheria post haec vndecima mensis Septembris, vita in virginitate honestissime atque sanctissime perfunq, migravit in caelum, ibi coronata cum sanctis virginibus acceptura. Sub his namque; Confulibus eam obijisse diem, Marcellinus antiquior chronographus affirmat his verbis: Pulcheria Augusta Marcianni Principi vxor beati Laurentij arrium mirabilis opere consummavit, beatumque viuendi finem fecit. haec ipse: cui magis, quam Nicephoro alicentimur, ad ait, ipsam viuere desijisse anno sexto Marcianni Imperatoris.

Haec quidem Christianae religionis summum decus, cum se ipsam in primis puram sanctamque Deo, cui se vouerat, conseruauit, & a tenera aetate Imperium diuinitus inspirata mirabili prouidentia gubernauit: eum & omni virtutum genere semper temporibus etiam perditissimis enituerit, & ad diem viuere nouissimum semper iterum pro fide Catholica sedula patrona & pugnatrice inuicta, adeo vt de omnium fidei temporis haerelam expugnatione acceptam victoriam ipse (vt vidimus) S. Leo etiam ingenuae acceptam semper tulerit: haec, inquam, Catholica fidei ornamentum, disla die, a caelesti uocata sponsio, in aeternum cum eo feliciter regnatura caelum conscendit. Cuius memoria benedictionibus locupletata, & nobili eperaphio in Albo Ecclesiae ob oculos omnium posita, perenniter peragantur notis amplissimis collocata, annis singulis solenni ritu, publico quoque diaconotum praeconio recoli consuevit, viximusque; Augustae augmentum atque celebre monumentum eiusmodi in descriptione prioru auribus redditur semper viuens: Commemoratio S. Pulcheriae Reginae in pace quiescentis: Haec fuit soror Theodosij Iunioris, coniunx Marcianni pietate praestantissimi Imperatoris, qua cum virginitatem ipsam ad senectutem vsque seruasset, multaque praecleara opera in templorum & hospitalium domorum adificia conuulset, & sancta Chalcedonensis Synodi Patres adiunxisset, impae quiescit. haec Orientalis Ecclesiae: Occidentalis quoque; paribus eadem die uotis ipsam est profutura.

Defuncta autem est anno aetatis suae quinquagesimo quarto, quippe quae Marcellino auctore, nata ponitur sub Consulatu Eutropij & Theodori, anno Domini vndequadringentesimo: Quae, iam ab soluto martyri templo, in Dei templum non manufactum semper manens transfertur promeruit in his enim viuens semper fuit, vt huc ecclesias, sive in monasteria, vel domos erigeret hospitales. In aedificijs vero sacris a se relictis primum locum tenuit illud, de quo dictum est, templum Dei Genitrici dicatur in Blachernis: post hoc illud in via Ducum, ob idque dicitur, in quo tradit Nicephorus collocatam ab ea diuinam imaginem Deiparae Virginis, quae a S. Luca depicta traditione maiorum ferebatur; Saluatoris infantis facies ab Eudocia Augusta Hierosolymis missis ibidem ab ipsa reconditis, in quarum memoriam trigesima prima mensis Augusti dies fuit perpetuo consecrata. Sed quas S. Germanus Constantinopolitanus Episcopus fascias infantium vocat, Nicephorus fascias sepulchrales appellat. Nobilis pariter fuit basilica ab eadem S. Pulcheria erecta in Foro Fabrorum, cui Sancti Sepulchri nomen inditum fuit. Agitur de his Nicephorus, necon de dicta facra imagine: sed autem eum Theodorus Lector ait, Pulcheriam ab Eudocia donatam esse imaginem Dei Genitricis Mariae a S. Luca depicta, conciliae inter eas amicitiae signo.

Ad haec ipsa plane egregia S. Pulcheriae opera Cyrillos alludere vult est, dum in libro ad Reginas conscripto: Ego (inquit) & valde sapienter conscientes ad Regnum Christi, speram datus, vt qui illi probentur, & sciatu & sciatu: partim (vt dixi) operibus & irreprehensibili fide & vestra & Regum auo prestis: a virginitatis gloria decoratu, partim sumptuosissima Christo templae regin. haec & alia in Reginarum laudem Cyrillos, Pulcheriae, inquam, atque sororum virginum. Praeclit quidem ipsa S. Pulcheria illud egregium, vt non solum ipsa sacrae virginitatis cultrix existeret, sed & sanctis fortibus, vt & ipsa caeleste munus consequeretur, optima conciliatrix existeret.

6632  
1011  
SVTH  
8

XX.

XXI.

XXII.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.



XXIV. Fuit plane grande videre miraculum, in Regia illa regiarum virginum monasterium contineri: sed illud singulare super excellens, in femina eademque virgine emittente vna cum monastica obferuantia simul optimum Imperij regimen, altero munere sine alienis detrimeto iuncto alicui, immo maximo adiuuato vtriusque connexis: Nam euidenter apparuit quod & sepe superius demonstratum est) cum Imperij habenas eius arbitrio moderandas germanas ipsius Theodotus Imp. reliquit, nullum vquam felicitus, tutiusve Romano Imperio regimen obtigisset, neque aliquando terrarum Orbi tempora feliciora illuxisset. Cum vero perfidia eunuchorum & mentis enerfca Eudocia coniugis suauonibus Theodotus in trasuerfum actus, a sancte fororis consilijs declinante: seipsum plane vna cum Imperio precipitem egit, atque simul religionem in maximum discrimen adduxit, & perdidisset ille omnino, nisi i quod restitucione S. Leonis sepe superius dictam est) ipsa S. Pulcheria collabentem sepe Orientalem Ecclesiam hereticorum impulsibus actam, in desefo semper studio suffulisset. Reliquisse insuper sanctam Pulcheriam cuncta sua bona pauperibus, tradidit Theodotus his verbis: Pulcheria pia mortitur, multos post se pralaris facta, & cunctis bonis qua habuit, ad sustentationem pauperum reliquit: quibus Marcianum non contraxit, sed cunctorum necessitatibus animo proprio seruitur.

XXV. Ad postremum accedat ad eiusdem S. Pulcherie functis atque sepulchri decorem, ipsius Auguste regnantis imago quam diu quesitam, vix tandem in aereo nutumculam inuentam, exhibitam nobis a D. Lelio Pasqualino. hic tibi formis reddendam curauimus.



Quam in postica vides Crucem corona cinctam, eam super diadema gestare cosuevit Christianas Imperatrices, quar sunt dicta superius in Eudocia satis docens. Ad de sancta Pulcheria hactenus. Iam ad Leonem Pontificem redeamus.

XXVI. Quem autem consecuta finem fuerint, quas S. Leo, necnon cum Marciano Imper. Augusta Pulcheria litteras dedere ad restituendam fidem exulem Palaestinis, declarat his verbis idem Leo Pontifex in epistola ad Iulianum Scritpa anno sequenti quinto Idus Ianuarij, dum accepta cuncta ferre religioni & diligentia Imperatoris maxime pij: ait enim de ipso: Cuius post Deum beneficij hoc debetur, quod Hierosolymitanus Episcopus est receptus, & monachos, quos per fidia heretica salutariter inuaserat, ad sanctam Augustae auctoritas reuocauit. Mox itaque, vt accipi epistolas tuas talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem horis responsam reddere curauimus, vt certior de omnibus, qua scripseras reddiderim. hanc de his Leo sequenti anno dicta die quinto Idus Ianuarij: vt plane necesse sit affirmare, hoc anno vel autumnali, vel hyemali tempore, luuenalem esse reuerfum Hierosolymam: quid autem ibi egerit, dicemus anno sequenti.

XXVII. Qui pro Palaestina Ecclesia ex munere vniuersis regiminis pastoralis S. Leo Papa (vt vidimus) propensior e curam suscepit, idem & tumultus Aegyptios, quos anno superiori recessimus excitatos, sed a pro viubus non pretermisit. Hincipit in litteris hoc anno missis ad Iulianum Coensem Episcopum agentem Constantinopoli Vicarium Apostolicam sedis: De Aegypti) inquit monachis, quam quietis & cum sint fidei, seire desiderat, & de Alexar) vna Ecclesie pace quid ad vos veru nuntijs perferatur: Ad cuius Episcopum & ordinatores ipsius, seu clericos, quod alia scripta dixerim, missis exemplaribus seire volui. hic ipse.

XXVIII. Post has autem litteras quinto Idus Martias hoc anno ab ipso Pontifice datas, perlatas esse Romam ad S. Leonem

epistolam Proterij noui Episcopi Alexandrini continerem ex more fidei Catholice professionem, quo Catholicam ab ipso Pontifice communicationem mereretur accipere, testatur ipse quidem S. Leo in litteris ad eundem Iulianum anni sequentis exordio quinto Idus Ianuarij scriptis, vbi ait: Fratres Proterium Alexandrinum vrbis Episcopum gratulor satisfactionis plenae de fide sua ad nos litteras dixisse, & manifeste quidam tenet indicat: cuius dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est preflare, vt bonorem in nullo sua perdat Ecclesie, sed sedis sue prouilegia posterne antiquitatis exemplo iuxta canonum iustitiam iura possideat. hanc S. Leo. Sed exciderunt tum Proterij ad Leonem, tum etiam Leonis ad Proterium reddita littera.

Constat autem post hanc ab eodem Proterio fuisse collectum Orthodoxorum Concilium, in quo actum est, vt ad Catholicam communicationem, qui hactenus ob heresim Eutychnianam separati fuissent, Catholica obliata professione redirent: sed cum illi penitus restitissent, irrogatum in eos fuit ab Imperatore exilium. Mentio huius Synodi habetur in epistola Catholicorum Episcoporum Aegypti & clericorum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem data: & qua suo loco dicendum erit.

Misit insuper hoc anno Maximus Antiochenus Episcopus legatos Martinianum presbyterum & Olympium diaconum vna cum litteris ad ipsum S. Leonem Romanum Pontificem, qui de statu Syrorum Ecclesie eundem redderent certiorum, & rogarent pro conseruatione primuogiorum sedis Antiochenae, quae e gradulo suo deijci Anatolij Constantinopolitani Episcopi ambitu perlicebatur: dum enim primatum post Romanam Ecclesiam sibi dari ille lareret, vti quid in Metrimentum vertebatur Ecclesie Antiochenae, vt quae tertia esset ordine, iam quarta numeranda foret. Fauerogationi Maximi S. Leo, & vt ceperat, se Anatolij) iustingere temeritatem non desituerum, redditis ad eum litteris pollicetur, quibus inter alia salubre illud admonuit, vt sicut laicos, ita nec monachos populum docere permitteter, optimo recolens huiusmodi occasione Inne fluxisse malum: Nestorius quippe cum doceret Antiochia, monachus erat, & Eutyches pariter monachus, ut enim illud quod dilectionem tuam conuenit praecauere, vt praeter eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullas sibi eis docendis & praedicandis audeat vendicare sine sit illos monachos, sine sit laicos, qui alicuius scientia nomine glorietur. Quia vbi optandum est, vt omnia Ecclesie filij, quae redita & sana sunt, optant: non tamen permittendum est, vt quisquam extra sacerdotale in vrbem consuetus gradum sibi praedicatoris adsumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & conseruato superiorum non resistent. hanc S. Leo hoc anno, tertio Idus Iunij.

Vidisti praesentem vniuerso gregi pastorum, totius Orientalis Orbis eodem ferme tempore momento suis scriptis Ecclesias visitare, modo inuolere Constantinopolitanos, & ea, quae sunt corrigenda, monere, modo Palaestinos adire, & laicos ad perpicentiam reuocare, penetrare in suum Aegyptum, & deuos corrigere, stantesque firmare: percurrere insuper Syros, eisdemque salubres prescribere lege, quae essent vniuersae Ecclesiae Orientali communes, tanquam oppertunum cauendae pestis antidotum Etenim has ad Maximum Antiochenum litteras datas voluit idem sanctus Pontifex esse Encyclicas, communes omnibus, & toto Catholico Orbis prolicuas, restatum id ipse quidem in epistola, quam pridie eius diei ad Theodoretum dedit, vbi hanc in fine: Quas tamen litteras pro vrsitate Ecclesie per praedictum fratrem Coepi) opum nostrum Maximum ad omnium volumus peruenire notitiam, & ab hoc hie volumus carum exemplar adhibere: quia quae praedicto fratri iulianum non dubitamus implenda.

Scripta ad Theodoretum hanc S. Leo eodem anno pridie eius diei, quo ad Maximum eas litteras dedit, nepe quarto Idus Iunij. Quod enim scire inter Orientales omnes Episcopos Theodoretum esse hanc eundem ad pugnam aduersus hereticos sibi intinere iungere, & in illos immutare habuit in consilio: quapropter eius operam aduersus hereticos exhibitam pluribus comendans, vt pergar vni-

XXXIX. SYNOBUS ALEXANDRINA ORTHODOXORVM. c. Extrat in vrbem illu) prae Concl. Chal. ad XXX. LEGATIO MAXIMI EPISC ANTIO CHEN. AD LEONEM.

Leo epist. 62. NE LAICI VEL MONACHI DOCEANT.

XXXI.

Leo epist. 63.

XXXII. LEO PAPA AD THEODOR.



litera exhortatur; nam inter alia: *Ecce igitur (inquirit) carissime frater, & in vincto Dei Filio victor exulta. Vicit per nos ille pro se, cuius carnis veritas negabatur. Vicit per nos & pro nobis ille, cui vicimus, &c.* Quinetiam curam eidem delegat, vt de omnibus, quae in Orientalibus illis prouincijs moli- rentur heretici, Apostolicam sedem in sedulo faciat certio- rem. nam sic ad finem epistola: *Quod superest, exhortamur, vt quia illic nonnullas Eutychemi ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remanuisse, nunc etiam sedi Apostolicae collaboret. & pau- lo post: Vnde in hoc quoque, tua vigilantia sollicitudine volumus ad- iuuari, vt tua relatione currente, quid apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, Apostolicam sedem festinus instruat, quatenus illius regionis sacerdotes in quocumque, vsus exegerit, adiuuemus. haec & alia ad Theodoretum S. Leo.*

XXXIII

DE THEO- DORETI ORTYS TEMPO- RE.

Quid vero Theodoretus? equidem nauiter collabo- rasse, certum ducimus argumentum ex ijs, quae ab eodem gesta sunt ante Concilium Chalcedonenis, cum legatos Romanos (vt vidimus) ad eundem Romanum Pontificem misit. Ceterum ipsum haud diu fuisse superstitum, ijs- demq; fermd temporibus mortuum esse, ex eo possumus intelligere, quod in litteris Syrorum Episcoporum pro- defensione Chalcedonenis Concilij ad Eucacem Impera- torem post biennium datis nullum mentio habetur, nec subseriptus in illis, aut alijis scriptis reliqui Orthodoxi reper- ritur: qui quidem si fuisset superstes, haud dubium requi- situm a Leone Imperatore, & exoptum a S. Leone Ro- mano Pontifice officium iuuandae Catholicae fidei non denegasset. Porro antequam vitam defungeretur, quod ab Orthodoxis Orientalibus haud secum in communionem fuisset acceptus, ed quod fauisset aliquando Nestorio, quoadque in Magno Chalcedonenis Concilio a Patribus iustus esset publicis illorum conclamationibus Nestorio dicere anathematizatum fidem suam Catholicam pluri- bus epistolis voluit reliquisse, & in epistola in ea (vt superius dictum est) ad Sporacium data, quae inter eius episto- las primam obtinet locum. Qui ergo male cepit, gratia Dei (quod paucorum est) bene perfecit, honestatus ante- obitu egregij S. Leonis Papae praeconijs, epistola ad eum hoc anno, quam diximus, data, assignanda tamquam nobi- le epitaphium lapidis sepulchrali. Sed rursus ad Leonem.

Hoc eodem anno idem qui supra speculam pro vni- uersa Ecclesia agebat ex epistola S. Leo, quod muneris quoque eius esset cunctae Catholicae Ecclesiae sequentis anni indi- cere Pascha diem ab omnibus celebrandū: cuius ex Theo- philo centenario cyclo Paschali definitū reperisset ea die anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto ad octauū Kal. Maias incidere; contenditibus nonnullis errasse Theophilū: de his cōsultare peritos voluit ante an- num, quam indicēdi Paschatis tempus adisset: datiq; ad Orientales, iteris, in primis ad Marcianū Imperatorem hoc anno decimo sexto Kal. Iulij ista post alia scripsit:

2 Leo epist. 64

XXXV.

QUID LEO

AD MAR-

- ANYM

IN DE

PASCHA-

L CON-

TROVER-

SIA.

*Paschale festum, quo sacramentum salutis humanae maxime continetur, quamuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen non est lunaris cursus conuictione mutabilis, vt plerumq; sa- cratissimi diei ambigua curat electio; & ex hoc fiat plerumq; quod non licet, & non simul omnis Ecclesia, quod non nisi vnum esse oportet, obseruet. Simul & sancti Patres occasione huius erroris au- ferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes: quoniam apud Aegyptios huius supputationis traditio esse videbatur pe- ritia, per quam qui annu singulis vicis praedicta solemnitate eueniret, sedi Apostolica indicaretur, vt huius scripti ad longinquos Eccle- sias indicatum generaliter percurreret.*

Indicij

CXXVI

DE CYCLO

THEOPH-

ILICOMN

TROVER-

SIA.

Sed sanctae memoriae Theophilus Alexandrinae urbis Ecclesia Episcopus, cum huius obseruationis annos centum numero colligisset, septuagesimo sexto Paschale festum longe aliter quam alij decreue- rant, tenendum esse constituit. A primo Auguste memoriae Theo- doli Senioris Consulatu succedentes sibi sacra obseruantiae or- dines ponens, vt longioris temporis ratio est, litteris tenebatur ad scripta: cuius complexionis septuagesimus & quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis (hoc nempe anno Domini quadrin- gentesimo quinquagesimo tertio) sanctum Pascha celebra- uimus anno vero sequenti, nempe quinquagesimo quarto su- pra quinquagesimum, pridie Nonas Aprilis eadem, proprio Deo, erit habenda; sicutas sicut regulariter centenariae annorum ratio

nu ordo declarat. Sed in anno, qui est septuagesimus sextus, Domi- ni vero quadringentesimus quinquagesimus quintus, Pa- sche dies inuenitur ad scriptum, quem a passione Domini nullius ex- empti, nullius constitutionis admittit auctoritas; nam diem octauum Calendarum Maiarum ab eo cognoscimus praesentem, qui anni le- mitem antiquitus constitutum excedit, cum alij quinquagesimo Ka- lendarum Maiarum huius festiuitati deputauerint diem.

Siquidem ab vnderimo Calendarum Aprilium vsq; in decimum Calendarum Maiarum legitimum spatium sit praesentium, intra quod & nimum varietatum necessitas concludatur, vt Pascha Domi- nicum nec prius possumus habere, nec tardius. Quod enim in decimum & in nonum Calendarum Maiarum videtur nonnumquam per- uentisse festiuitas, quae tam ratione defenditur; quia etsi dies Resur- rectionis ultra terminum videtur exisse, dies tamen Passionis limi- tem positum non inuenitur egressus: Ad octauum autem Kalenda- rum Maiarum Paschalem obseruantiam perducere, nimis in soleni & aperta transgressio est.

Quia ergo in illa (vt dixi) centenaria supputatione Theophil. septuagesimus sextus annus diem Pascha contra morem Ecclesiasti- cum statuisse monstratur; & non leuiter delinquitur, si in princi- pio sacramenti veritas & unitas ab vniuersali Ecclesia non teneatur: obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum praestare dignemini quatenus Aegyptij, vel si qui sunt alij, qui certam huius supputa- tionis videtur habere, & ostendat, scriptum huius sollicitudinis ab- soluant; vt eam diem generalis obseruantia dirigat, quae nec pater- narum constitutionum normam relinquat, nec ultra praeposteros terminos euagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consulatione cognouerit, ad meam habeat mox notitiam peruenire, vt in diuinis mysterijs nulla dissensionis culpa nascatur. haec sub Consulatu Otilionis dicta die 16. Kalen. d. Iulij S. Leo. Quae etiam die eodem argumento ad Eudociam Augustam Hierosoly- mis agentem litteras dedie. b. Scriptis etiam de his ad Proterium Alexandrinum Episcopum, Beda auctor est, qui & eundem Proterij ad S. Leonem datae epistolae meminit, breueque fragmentum reddidit, ad eum Leonis episto- lae recitat, vbi ait: *Cum circuli (nempe Theophilij) Pro- terij Alexandrinae urbis Antistes ad inquisitionem S. Leonis Papa luculentissimam reddens rationem, talis recepti ab eo muneris tenore praedicari: Letisauerunt me littera dilectionis tuae, quae frater & Coepiscopus meus Nestorius pio apparuit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrina Ecclesia Praesule talia scripta ad sedem Apostolica mitterentur, quae ostenderent magistristerio beatissimi Petri, Apo- stoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didicisse. Aegyptios, quod constat credidisse Romanos. haec ex epistola Leonis ad Proterium Beda.*

Scriptis praeterea idem S. Leo ad Paschasinum Episco- pum Libet in Sicilia, legatum olim Apostolicae sedis in Concilio Chalcedonenis, virum eruditione praestantem: qui Confolum ex Theophilij cyclo, sed & ex Hebraeorum calculo probatam reddidit veritatem, eandemque & in- tuculo consignatam; ostendens non esse ab surdum, vt ad octauum Kalendas Maias Pascha Domini in Ecclesia celebraretur. Extat & ipse littera Paschasini, quae datas anno sequenti, ex eo potest certo cognosci, diu de sequentis anni Paschatis die tradit esse dubitatum, anni nimirum (vt dictum est) quinquagesimi quinti supra quadringentesi- mum. ait enim: *Domine venerabilis Papa, tubere dignata est iocuna vestra, vt quod Paschali supputatione veritas annis post hanc futuri haberet, sacrosancti auribus vestris exiguas mea intemati, &c.* Ex istis quoque litteris intelligitur, barbaricam illam inuasionem, cuius in earum exordio meminit, anno sequenti contigisse, agemus igitur de ea suo loco.

Quod vero ad praesentem de Paschatis die consulatione- ne pertinet, exordio anni sequentis, quinto Idus Ianuarij, de eodem S. Leo adhuc ambiguis scriptis ad Iulianum Coensum Episcopum Constantinopolitangentem. Rescri- psisse autem ad S. Leonem Marcianum Imperatorem, eam Orientalium esse sententiam, vt secundum Theophilij cy- clum octauo Kalendas Maias Pascha celebraretur, restat; ipse S. Leo in litteris Circularibus datis ea de re anno se- quenti ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum. Ex his omnibus vides quam procul abhorreat, vt Romani Pon- tifices in consilio, ex animiq; sententia proponere colleue- rint in Ecclesia Catholica obseruanda decreta; cum in an-

XXXVII

XXXVIII

Car. q.

Car. q.

XXXIX

Car. q.

XL

Car. q.

XLIV

C. 215  
C. 216  
SVII  
8



biguis ipsi prius omnium rogare sententias, consulere, & omnes audire, cunctaq; multo consilio examinare soliti fuerint.

Sub huius anni Consulibus celebratum legitur Arelate Concilium, quod tertium ordine positum est, in quo plura de Ecclesiastica seruanda disciplina in ordinandis Ecclesiis ministris; sed & alia pleraq; ab eodem Concilio sancta apud diocesanos auctores leguntur, quae in vno collecta consulere poteris. Agemus nos de eo, qui praefuisse legitur huic Concilio, S. Caesario eius civitatis Episcopo doctrinae & aequae sanctitatis conspicuo.

Sed dubitatio hic haud levis insurgit: Quomodo Caesarius dici potest interfuisse huic Arelatensi Concilio iam creatus eius civitatis Episcopus, cum ex literis S. Leonis Papae constet anno superiori eidem Ecclesiae praefuisse Rauennii Hilarij successorem, post quem eiusdem Episcopus fuisse reperitur Eonius, idemq; sedisse saltem triennio, vt Cyprianus discipulus S. Caesarij eiusdemq; Vitae scriptor affirmare colligitur; quo tempore Caesarius praefectus Abbas monasterio Arelatensi. Porro in tanta rerum certitudine nihil est, quod dici possit, nisi necessario asserere illapsum esse errorem in Consulatum; sicut & in notam aera mendum interpositum ponitur quadringentesima sexagesima prima, ex qua colligitur numerus annorum Domini quadringentorum viginti trium: vnde longè absurdius redditur, vteo tempore Caesarius praefuerit dicto Concilio Arelatensi. Sed & cum nihil sit, in quo emendatio error possit, vt suo loco didicim, Arelatense Concilium restitutum; hic de ipso nonnisi agendum fuit.

Ita quidem in priori editione res insoluta relinquenda fuit, cuius, nisi restitutio fiat deprauati admodum textus, solutio sit impossibilis. Erratum quidem in eo est, vt dum in codice legeretur celebratum Concilium Arelatense sub Consulatu Opilionis, qui gessit Consulatum cum Iustino Imper. iterum Consule anno Redemptoris quingentesimo vigesimo quarto, nec additus inueniretur collega, quod sepe factum inuenitur in monumentis Occidentibus, praetermissio Orientali Consule, ponitatum, Occidentalem: male cautus sibiq; nimis sapiens visus collector, addendum putauit Vincomalum collegam, qui hoc anno vna cum Opilione Consul creatus est; sicq; ea additione septuaginta & vnus annorum errorem induxit, simulq; rerum gestarum confusionem, atque inextricabiles perplexitates iniecit. Qui primus his tenebris facem admouit, fuit Iacobus Sirmondus Artuernus Societatis Iesv professor, a me alijs testis fidelis adduci solitus, qui humaniores literas Theologicis admodum decorè coniunxit, qui no ad Opilionis Consulatu anni huius, sed ad eum, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus id Falis anno Redemptoris DCCCIV. praesens Arelatense Concilium esse referendum ostendit ex praesentia Caesarij Arelatensis Episcopi, qui hoc tempore nondum natus, tunc reperitur reuera sedisse Arelatensis sedis Episcopus, successor Leonij, qui post Eonium fedit Rauennii substitutum. Finiantur haec magis, dum omnes ferme Episcopi, qui huic Arelatensi Concilio interfuisse leguntur, iidem Concilio Arauficano secundo subscripsi reperiantur, de cuius certo tempore proximè suo loco dicendum erit, & corrigendi errores patietur in eum illapsi. Hanc ergo Synodum Arelatensem suo loco restituere, sub Consulatu alterius Opilionis anno DCCCIV. & simul cum eis iungere, quae hic de Caesario narrata habes.

Iam verò de Caesario, qui huic praefuit Concilio, dicendum est, vt potè vno, qui eximia claritudine tu ex doctrina, tam ex vitae sanctitate comparata, Gallias hoc tempore illustravit: breuiq; narratione in primis sunt nobis eius percurrenda primordia, atq; vitae progressus vsq; ad praesentis temporis statum: Eo enim splendore sanctitatis effuluit, vt nobilissimae totius Galliarum Ecclesiae eligi mereretur Metropolitanus Antistes, hoc potissimum tempore, quo eas regiones occupantibus barbaris, iudeq; vel Gentilibus, vel Arianis, magno opus esset inter tot ingruentes vndiq; fluctus nauis gubernatore.

Scriptae sunt res gestae S. Caesarij ab eius discipulo Cy-

priano ad S. Caesarium illius sororem, id ipsa ab eo efflagitante: extant & ipse quidem, Dei benignitate, inter tot Galliarum busta seruata. Placuit, inquam, diuinae providentiae, vt alicubi prostratae, vndiq; Gallicanae Ecclesiae hoc perditissimo tempore, tam docto, tamq; sancto illustrarentur Episcopo, cuius sanctitas ipsi in hactenus ab incunabulis, septennio aetatis fractus praecoces emisit, & in dies magis magisq; secunda annorum augmento confurgeret: Cum primò erogatis, quae sibi licuit, in pauperes bonis clarissimorum parentum, domo pretà, ad sanctum Siluestrum meritis insignem Cabilonensem Episcopum conuolans, ab eo, ex facto praescripto ritu, in clericum voluit attonderi, atq; clericali instituti disciplina, tanto dignus Antistes educare atq; doctore, qui mira sanctitate resplendens, in Caesarium, quem dilexit vt filium, transiit opulenta virtutum hereditatem. Est celebris eiusdem Siluestri memoria factis tabulis adnotata, in Ecclesia semper vigens, annis singulis rediuita, hosq; in Notis de eo pluribus egimus. At Caesarius, vbi flores eius sanctitatis tamquam apis auide suxit, ad Lerinense fraterium aluearium conuoluit, ibiq; (vt idem auctor habet) sub Porcario Abbate in monasticam conuersationem summam excoluit obseruantiam; licet praesentem animi ardore ipse sibi semper segnior videretur: vt apparet ex eius homilia, quam postea in eodem habuit monasterio, vbi primurq; ista inter alia interseruit de florentissimo statu huius temporis eiusdem cenobij Lerinensis: *Beatus Dominus nostrum, qui sanctam institutionem & admirabilem consuetudinem loci huius ingit crescere, & in maiori dignatur gloria cumulo sublimare. O felix & beata habitatio insula beatus, vbi tam sanctis quotidie & tam spiritibus laetis gloria Domini augetur, & tantis damnis diaboli nequitia minoratur! Beata, inquam, & felix insula Lerinensis, quae cum parua & plura esse videatur, innumerabiles tamen montes ad caelum missis cognoscitur. haec dicens Caesarius, alludere ad ea videtur, quae superius recitauimus ex carmine Eucharistico, quod ad Paulum scripturaud praesens Sidonius Apollinatis, vbi ait:*

quos illa insula plana  
Miserit ad caelum montes, &c.  
per montes Sanctos intelligens; cum ipsa insula vndique planicie lata gaudens, montibus careat. Hinc & Caesarius ista subdit:

Hac est, quae eximios nutrit monachos, & praestantissimos per omnes prouincias erogat sacerdotes: vix enim reperiri erat, qui his temporibus assumptus in regionibus illis ad regimen Ecclesiarum, non delectus esset ex nobilissimo & regularis institutionis obseruantissimo cenobio Lerinensi: *de se (subdit ipse) quos accipit filios, reddit patres, & quos nutrit paruos, reddit magnos: quos velut tyrannos excipit, Reges facit: Nam omnes quoscumque felix & beata habitatio sua suscepit, charitativè penitus ad excelsa virtutum culmina Christo sublimare consuevit. Quae res cum penè in cunctis habitatoribus fuerit feliciter consummata, tamen vniuersis meritis meis, in me non probatur impleta. Cum enim charitate istam hac sancta insula velut praedicta mater & vnicuique singulari omnium bonarum nutritrix brachij quondam pietatis exceperit, & non paruo spatio educare & enutrire contenderit: licet reliquos ad virtutum calmin gererent, à me tamen, quia cordis duritia contraicit, omnes negligentias auferre non potuit. Et ideo cum omni humilitate supplico, & tot à cordis contritione depresso, vt quod negatur meritis meis, vestro orationibus supplicatur, &c.*

Mira res, vt sub tot barbararum gentium frequenter factis in Gallias grassationibus, à Suecis, Wandalis, Alanis, Gothis, Burgundionibus, Hunnis, & Francis, nihil ad haec tempora passum fuerit detrimenti eidem monasterio insulae Lerinensis, factum ipsis etiam barbaris atq; Arianis venerandum: Vnde quòd valde erubescant, habent nostri saeculi Nouatores, qui in Gallijs plus quam excenta monasteria combusserunt, vt taceam de ceteris innumera bilium ecclesiarum. Quanta insuper hoc tempore esset gloria eiusdem cenobij Lerinensis, praeter illa, quae superius dicta sunt, ipsum rursus audi Caesarium ad monachos concionantem: *ab Oriente (inquit) vsq; ad Occidentem, & omnibus penè locis, in quibus Christiana religio colitur, religiosissima vestra conuersatio ad Christi gloriam q; adicitur. Tunc à vobis exci-*

Apud  
Sunt  
Sogst.  
CESARI  
TYROCI  
NYM.

Martyr.  
Rom & a.  
lia de 28.  
Nouemb.  
CESARI  
VS MO  
NACHVS  
LE RTI  
NENSIS.

Cesar.  
hom. 20.  
DE MO  
NASTE  
RIO LE  
RINENSI.

XLV.

XLVI.  
REVEREN  
TIS BAR  
BARO  
RVM ER  
GA MO  
NASTE  
RIVM LE  
RINEN  
SE.

Cesar  
hom. 20.

XLII.

XLIII.

XLIV.





gitur, ut quod de vobis creditur, hoc probetur. Agite ergo Dto auxiliante, quod semper egistis, &c.

XLVII.

Sed quod sub Faustii nomine perulgata legitur fabula de eodem Lerinenſi cenobio exciſo à Saracenis ſub Porcario Abbate inſtitutore S. Caſarij: eam hic obiter reſellere, ex inſtituto onus incùbit. Primum verò ſcias, nò eſſe Fauſti ſcriptionem illam, ſed appendicem ad Fauſti inſtructionem ad monachos, vt apparet ex ea nuper edita diligentia viri doctiſſimi Gengeradi nunc Aquenſis Epifcopi poſt funebrem orationem ſancti Hilarij Epifcopi Arelatenſis, & alia illi coniuncta, vbi poſt abſolutam Fauſti illam tractationem ſubiicitur narratio de excidio monaſterij Lerinenſis, quò dicitur idem monaſterium à Saracenis dirutum, & ſanctum Porcarij Abbatem cum ſuis eſſe necatum. At quantæ fidei ſcriptum illud auctoris incerti Et vbi man gentium Saracenorum incurſio his temporibus in Occiduis oris innotuit, qui vix poſt trecentos annos auditi ſunt mare mediterraneum inſeſſaſſe? Sed hand maioris nobis fidei, quæ habentur in ſpuria Vita S. Honorati, vbi hæc facta dicuntur per Gengericum Wandalorum in Africa Regem: cum & addidit idem monaſterium per Gengericum ſub Abbate Porcario dirutum, nunquam vſq; ad Pipini Francorum Regis tempora eſſe reſtitutum. Si hæc vera ſunt, quomodo poſt Gengericum iam deſunctum adeò celebratur gloria eiusdem monaſterij Leſigenſis, vt audiimus à Caſario? Quomodo de tanti cenobij clade nulla penitus habetur mentio in Actis ipſius S. Caſarij, quæ ſunt ſcripta (vt diximus) ab huius temporis ſcriptore Cypriano? Vel quonam pacto dici poteſt vſque ad Pipini tempora eius deſolationem perduciſſe, ſi S. Gregorius Papa eiusdem meminit monaſterij ſub Bonno Abbate (ad quem ſcribit) exiſtentis? Sic igitur cum neque ſub Saracenis, neque ſub Gengerico ea acciditſe funera monaſterio Lerinenſi ſub Abbate Porcario dici poſſint: neceſſe eſt aſſumare, vel Porcarium, quem cum ſuis martyrem cecimus, qui & Caſarium à pueritia educavit, longiſſimam vixiſſe ætatem; & ea, quæ narant, nò à Gengerico, neque à Saracenis, ſed ab alijs paſſos eſſe ſucceſſoribus Gengerici; vel alterum dicere eiusdem nominis poſt hæc in eadem inſula ſub Saracenis Porcarium floruiſſe, cuius Eccleſia ipſa cum ſuis celebrat martyrium pridie Idus Auguſti.

DE CLAUDIA DE MONASTERY XI LEONIS

TEMPORARIA PORCARI ABBATIS

Gregor. lib. 9. c. 2. p. 8.

XLVIII.

POMERIUS RHETOR MARGISTEUS CASARIUS Gennadii de Script. Eccl. 48.

Martyr vel Rom. de Mar. 14.

Sed ad Caſarium redeamus, quem diximus in eadem inſula in exercitatione monaſtica ſub eodem Abbate vixiſſe; quo iubente, Arelatem poſtea ſe contulit, ibiq; excultus eſt rhetoricis facultatibus ſub Pomerio Afro inſignis eius temporis rhetore: Hic ille namq; Pomerius, què natione Maurum fuiſſe tradit Gennadius, eundemque ordinatum in Gallia preſbyterum: quem alij Iulianum nominatum d'xere. Quam autem decepiſſe, qui Iulianum Pomerium putauere fuiſſe Epifcopum Toletanum, tu conſiſe Notationes noſtras in Romanum Martyrologium. Porro huius Pomerij, quo vſus eſt præceptore Caſarius, lycubrationes Gennadius recet, quem poſt Gelafij obitum ſub Anaſtaſio Imperatore adhuc fuiſſe ſuperſtitem docet. Caſarius autem egregie doctriſis ſacris potiſſimum inſtitutus, dignus iudicatur eſſe, qui poſt Eonium à populo & clero expeſceretur in Epifcopum Arelatenſem: cui nec proſuere latebra ſepulchrales, quin inde traheretur ad regimen Epifcopatus inuitus.

XLIX.

CASSIUS VIXIT TEMPORIBUS

Sed non prætermittimus dicere (quod & magnoperè admittimus) Trithemium, ſive alios ad poſteriora tempora eundem Caſarium reſuſciſſe ſub profeſſoribus regule S. Benedicti, quem conſtat ante S. Benedicti monachatum hiſiſſe vixiſſe temporibus, inreſuiſſeque pluribus Concilijs hiſiſiſſe item temporibus celebratis. Porro id ipſum eius vita Acta perſpicue docent: nam vixiſſe tunc dicunt, cum Alaricus regnaret in Gallia Narbonenſi, & Theodoricus Rex potius eſſet Italia: ſed & cum tradat idem eius Vitæ auctor, vſum ipſum eſſe præceptore Pomerio Afro, atque probaſſe Fejjicem Papam, vulgaſſeque eiusdem Caſarij ſcripta; nulla penitus de hiſiſiſſe vel leuiter dubitandi occaſio potuit eſſe relicta: cum alioqui & eius homilia id ipſum facile rectè intuenti demonſtrent.

Porro (quod dolendum eſt) ſanctiſſimi atque doctiſſimi viri exciderunt nobiliſſima monumenta, vixq; reliqua ſunt quadraginta ſex homilia diuerſis temporibus dicte: ad quas prouoc Gallos illos, qui turpiter à ſide reſugere, ad hæreticos transfuge deſecere videntur, quæ de Catholicis dogmatibus, quæ ipſi inſeſſantur, ſenſerit tantus doctor, miraculoſiq; conſignata reliquerit, hoc potiſſimum ſæculo, quo Franci in Gallijs regnantes eandem fidem Catholicam, in qua & baptizati ſunt, acceperunt. Vt planè ſi quis eiusdem Caſarij legerit homilia, ex illis facile intueatur illorum, quia Catholica veritate deſeruerant, amentiam, cogaturq; præ ſtupore exclamare cum Paulo: O inſuſati Galata, quæ voſ ſuſceperunt non obedire veritati multo magis verò ſi peruerit, quæ alij nobiles huius temporis ſcriptores Eccleſiaſtici itidem Galli gentiles ſui, nempe Proſper Aquitanus, Hilarius Arelatenſis, Salimianus Maſilienſis, Eucherius Lugdunenſis, Claudianus Mameucus Viennenſis, Alcimus Auitus, itidem Viennenſis, Sidonius Apollinaris Aruernus, & alij ſuis ſcriptis, vixq; ſanctitate, atq; miraculorum virtute egregie reliquere telata, in omnibus conſentientia illis, quæ Hilarius Piſtauitici, Irenæus Lugdunenſis, atq; Dionyſius Pariſienſis omnes ſanctiſſimi Epifcopi olim ipſe tradiderunt, & nuperimè Caſarius docuit. At ſe Caſario modò hæc ſententia ſuis locis inferius de eodem ſæpe dicturi. Iam verò ad aliud Gallicanum Concilium hoc item anno celebratum orationem conuertamus, immoreturq; in eo paulò longius, quæ Arelatenſe cith aliquibus tantum inſpectis, pertranſit.

Hoc itaque eodem anno ſub eiusdem Opilionis Conſulatu item in Gallijs celebratum eſt Concilium Andegauenſe: Quod quidem è temporum obſcuritate haud pridem in lucem vindicatum ſcias à docto piog; viro P. Frontone Societatis Ieſu in Gallijs profefſore, à quo & accipimus: ipſam autem cum perbreue ſit, necdum in lucem editum, hic tibi verbatim reddendum putauimus: ſic enim ſe habet:

Cum ad ordinandum Epifcopum in ciuitate Andegavorum conueniſſent, & Thalaſius eſſet Epifcopus ordinatus: omnino pariter reſidentibus, Leone, Eufochio, Charilato, Ramorido, Vincentio, Valerio, & Thalaſio Epifcopis, pariconſilio atq; tractatu, deſignem, quam verbum decreuerant, etiam ſcriptura mandare voluerunt, vt hæc die, hæc eſt, quarto Nonas Octobris, Opilione V. C. Conſule, hæc regule Eccleſiaſtica ſeruariſſent, quæ à ſenioribus iuxta auctoritatem Scripturarum iam fuerant conſtituta.

Primum, vt contra Epifcopale iudicium clericum non liceat reſiliere, neq; in conſultis ſacerdotibus, ſacularium iudicia expectare: ſed nos de loco vno in alium ſine Epifcopi permiſſione tranſire, nec ſine commendatiſſis ſacerdotum ſuorum literis commutare. habet hæc primus canon, quo proculdubio aduerſati ſunt Patres illi conſtitutioni Valentini Imperatoris datæ anno ſuperiori, quæ Eccleſiaſticam forum ſuis (vt vidimus) priuilegijs ſpoliauit: hæc enim timuerunt refragari Imperatori pro Eccleſiaſtica immunitate ſanctiſſimi ſacerdotes. Sed deſcribamus reliqua:

Vt diaconi preſbyterij nouerint omni humilitate deſerendum eſſe, cuiuſnam rei cauſa hæc ſancuerint Patres, dictum eſt Annalium quinto tomo. Sed ſubdunt: Vt à violentia & crimine perpetuationis abſtineant, mendosus eſt locus.

Familiaritatem extraneorum ſeminarium nouerint eſſe vitandam. Sed ſi qui ſunt calibet, nonniſi à fororibus, aut amito ſuis, aut à matris conſolentur. Quia ſicut bonum non eſt homini ſolum eſſe; ita familiares eſſe clericos feminas non oportet extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas ſub hac occasione deſerunt. Si quis autem poſt hoc interdictum à prædictis familiaritatibus ſe reuocare noluerit; nequaquam gradu altiori donabitur; & ſi iam ordinatus fuerit, non uiniſtret.

Tum ſi qui in tradendis vel capiendis ciuitatibus interfuſſe fuerint detecti: non ſolam à communionem habeantur alieni, ſed in communidrum quidem admittantur eſſe participes.

Quod etiam de his, qui accepti penitentia reſilerunt, debet ſeuertatq; ſeruabitur. Quæ forma etiam circa ea, quæ de virginitate ſanctimonialium crimine proprio deciderunt, ſtatuto rigore permaneat.

Hi quoque, qui alienis vxoribus, ſuperſtitibus ipſorum maritis,

nomi-

SVTH 8



nomine coniugii abuterentur, à communionem habeantur extra-  
nes.  
Clerici quoque, qui relicto clero, se ad secularium militiam, &  
ad laicos conuulerint, non iniuste ab Ecclesia, quam reliquerunt, am-  
moneantur.

Monachi quoque, qui ceptam obseruationis viam reliquerint, &  
absque episcopi & absque certis negotiis, vel necessitatibus per re-  
giones vagentur alienas, cogniti à distributione, si se non emendauerint,  
ab Abbatis suis, vel à sacerdotibus ad communionem non recipiantur.

Alii quoque Episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

Quicumque autem vel de laico, vel de clero ministri fuerint ordina-  
ti, & obseruauerint si laici, communicare non liceat, nisi forte reprobauerint criminosos.

Non nisi unus vxor uiri videlicet, virginibus copulati, diaconi,  
vel presbyteri ordinentur.

Poenitentia sane locus omnium pateat, qui conuersi errorem  
suum voluerint confiteri, quibus, per scripta qualitate peccati, secundum  
Episcopos estimationem erit venia largienda.

Quod ita inter presbiteros viros pari consilio & ordinatione  
decretum est, ut si quis ex ipsis contra hanc ordinationem agen-  
dam esse presumpserit, obtinuit fuisse regnum Ecclesiastica inducitur:  
aduersus quem ceteri fratres sui, quasi aduersus contemptores  
licet inungere, haecenus Andegaueus Concilium Ro-  
manum missum.

L.V.  
De quo quantum ad Episcoporum, qui interfuerunt,  
nomina pertinet, egregie idem Fronto deprompsit ex  
primo Concilio Turonensi, quod post annos octo legi-  
tur celebratum sub Severini Consulatu: & quarumnam  
Ecclesiarum aliquot ex his Episcopi essent, inuenit, nimi-  
rum Victorium, siue Victorium fuisse Episcopum Ceno-  
manensem, Leonem Bituricensis, Thalassium hic ordi-  
natum Episcopum fuisse Andegaueus, qui idem Tha-  
lassius scriptus pariter habetur vni cum dicto Victorio in  
Concilio Venetico: quâ ratione idem auctor iure opinatur  
non esse congregatum illud Concilium in Venetia Italiae  
provincia, sed Venetensi ciuitate in Gallia Lugdunensi,  
cui & libentius assentimus, cum sciamus & eiusdem Ven-  
netensis ciuitatis in Gallia Episcopum, Modestum nomi-  
ne, cum alijs Gallicanis Episcopis sedisse in Concilio Au-  
relianensi sub Clodoueo. Habes hæc diligenter explora-  
tum, lector, quo tempore fuerit dictum Veneticum Con-  
cilium celebratum, nullâ licet Consilium nota perspicua  
umquam quo quidem complura leges, que in celebrato hoc  
anno Concilio Andegaueus sunt statuta, paulo que fu-  
turus repetita. Obseruauit idem vir doctus & alia plera-  
que in eo notata digna, sed hæc nobis modò ad historiam  
latis.

I E S V C H R I S T I  
Annus 454.

LEONIS PAP. VALENTIN. 30. IMP. MARCIANI 5.  
Annus 15.

I. QVI sequens est annus Domini quadringentesimus  
quinquagesimus quartus, Studio & Aetio Consulibus  
Fallis reperitur adscriptus: illum quidem Marcianus, hunc  
autem Valentinianus Rome creauit. Sed funeste ipsi Aetio  
accidit, ut ipsius Consulatus occisionis eius index sit  
positus temporis: nam de ipso hoc anno Marcellianus in  
Chronico sub eius Consulatu: Aetium (inquit) Patricium, magna  
Occidentalis Imperij salutem, & Regni quondam Attile terror, à  
Valentiniano Imperatore cum Boetio amico in Palatio trucidatur,  
atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec haecenus palatium rele-  
uauit. hæc Marcellianus.

II. Quomodo autem id molitus sit Maximus Romanus  
Senator, Procopius ita narrat: Maximus erat quondam & Se-  
natoribus, vni ex stirpe illius Maximi tyranni, quem Theodosius  
Senior sustulerat, pro qua victoria Romani quolibet anno festum  
agunt: hunc vxor formosissima, siue & pudusissima fuerat: quâ

Valentinianus amore captus cum potius cuperet, vix admodum  
ardua fuerit, rem iniquam excogitauit: Maximam inquit ad se in  
Palatium venire, quo cum talis coluideret, aut certo proposito, un-  
nulum eius victor nactus est: hunc clam ad vxorem misit vix ma-  
mine, ut quantumvis signo persequeretur, in Palatium saluatum iam  
doxiam Imperatricem vegat. Illa subito parit: quam certis, qui-  
bus res nota ac mandata erat, prout in aula expectans, ibi  
in Gyneceiurum ducerent, vbi Valentinianus occurrens, rimæ  
intulit. Illa post hæc multa donum regem esse, clam: tatem satum  
suum flere, viximq; magis opere detestari cepit, ut qui exspantem  
huic rei dederit.

Maximam vero dolore ingenti percussus, de insidijs contra Im-  
peratorem secum meditatur. Cuius videret Aetium tunc maxi-  
mum Ducem, qui paulo ante clarissimam victoriam de Attila,  
Massigetariis, Scytharumque exercitu armato contra Romanum  
Imperium retulerat, succurrit ei ita agere, ut tandem omnem  
merita gestorum amiseret, suspectumque illum redderet Impera-  
tori. Hic considera & in mentem reuoca, lector, quomo-  
do islem insidijs Aetius periret, quibus ipse olim circum-  
uenietur magnum Ducem Bonifacium, cuius occasione  
Wandali potui sunt Africa: vnde perspicuo & diuinam  
in tarditate in plij patientiam, & æquum in exhibitio-  
ne vindictæ iudicium. Sed pergit Procopius: Tempus quo-  
que commodum tunc visum, quod longe abesse, quod ipse in eo po-  
tissimum Romanorum esset. Cum canebat ager, quorum castro  
vix fidissimum corpori sui coram Imperatore tradiderat, vix  
persuaderent Aetium nouis rebus fructere. Imperator facile cre-  
dens, suspectumque illum habens virtutem, ut interficeretur, man-  
dat. Fertur & proximum quendam ex Romanis interrogasse, an  
vixit foret Aetius: illi autem respondisse, hæc ipse videret, bene  
an male, se tantum scire, quod ipse dixerat alter a manu incidit.  
hæc de Aetio nec Procopius: qui autem subdit de  
grassatione Attilæ in Italiam, ea ante Aetij mortem acci-  
disse, iam superius perspicue demonstratum est. Quid  
verò sublato de medio Aetio Maximus in Valentinianum  
molitus sit, suo loco dicendum anno sequenti. De Aetij  
porro nec est verus Sidonij Apollinaris in detestatio-  
nem Valentiniani:

Aetium Placidium nulli autem seminare amens.  
Manibus etiam ipsius Valentiniani Imperatoris necatum  
esse Aetium, auctor Miscellæ testatur. sed ita autem cum  
Castidorus: Aetium Patricium in Palatio manu Valentiniani  
Imperatoris extinctum est: Boetium vero Praefectum Praetorio ab amico  
eius circumstantibus interceptum. At de Consulatu & nec Aetij  
latis: iam reliquis anni huius res gestas prosequamur.

Sanctus Leo Romanus Pontifex, ut componeret res  
Orientalis Ecclesie omne adhibens studium, plures hoc  
anno eade causa ad Marcianum Imperatorem literas de-  
dit, ac primum quidem sexto Idibus Martij, quibus labo-  
rantem magno discrimine commendat Ecclesiam Alexan-  
drinam, itemque Proterium recens eius creatum Anisti-  
tem, cuius anno superiori sincere fidei professionis litte-  
ras accepisset. In his quidem curandis, primo, vnde mor-  
bus irrepsisset, docet, atque mox presentium remedium  
affert his verbis: Quia vero quorundam hereticorum versata  
nequitia ad contrahendam a se ipsorum simplicitatem, & solam nichil,  
quam à beate memoria Flavianum dedi, salasse perhibetur, ut  
commutatis quibusdam verbis vel syllabis, vocedorem me Nesto-  
riani erroris adferant: Obsecro venerabilem clementiam vestram,  
ut eandem epistolam per fratrem meum Iulianum Episcopum, vel  
eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Graecum  
sermone in hecatis integre diligenter, translatis, per Iulianum  
latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam Iuda-  
cibus Alexandrinis, qui cum clero & plebi ipsius ciuitatis cum pre-  
dictorum Episcoporum predicationibus, qui & meo scripto consen-  
tiant, faciant recitari: ut agnoscant se salutarium hominum frau-  
de vltius decipi non debere. & probentur Apostolice sedis  
discipuli, quod quam nec Iulianus, nec Nestorius vltim  
obstant locum: quia sicut alios hereticos, ita & ipsi damnant.  
hæc S. Leo.

Quænam autem fuerint, quas dicit predicationes Ep-  
iscoporum esse vna cum epistola ad Flavianum Alexan-  
drinis significandas, superius manifestarunt, nempè labo-  
rante se ad conuincendos & redcendos Alexandrinos ad  
fidem

III.  
QVI IN  
VALENTINIANUM  
MAXIMUM  
MARCIA-  
NI.

VALEN-  
TINI A-  
NVS O-  
CIDIT  
AETIUM,  
h Paul.  
Diac. li. 1.  
c. Castid.  
in Chron.  
hoc anno.  
IV.  
LEO 30.  
LIGIUS  
PRO T.  
BY ALF.  
TANDEI.  
NIE.  
d. 18. E.  
p. 69.

S. LEONIS  
EPISCOPI  
LA AB  
MARETI-  
CIO VAL.

V.  
fidem

